



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1612**

12 De peccati, quae in publicis iudicijs contingunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14014**

tale; quia sine idoneis indicijs, habes malam existimationem de proximo. Item, quia si haec de Titio contumeliose dices, peccares mortaliter, ergo etiam peccas mortaliter. Ergo etiam peccas mortaliter temere iudicando de Titio. Sed certe videtur non esse peccatum mortale: quia nullum malum culpe iudicatur de Titio, sed tantum defectus naturae, in quo Titius culpam non habet, nisi in speciali iudicis parentes. Titij fuisse adulteros, incestuosos, vel sacrilegos, sine sufficientibus indicijs, nam tunc peccabis, non quatenus iudicas de naturali defectu Titij, sed quatenus indicas de culpa parentum eius. Secus vero est, quando huiusmodi naturales defectus consummatio dicuntur de Titio, ut supra diximus: tunc enim est gravis contumelia: quia Titio praesente grauerit iudicari eius honor: sed valde probabilis est sententia.

Dubium quintum, An Titius peccet mortaliter, si dubitet, aut suspendat suam sententiam, sine idoneis indicijs de malo culpa. Titij: Medina loco citato, responder isti dubio, distingendo: si Titius ante habebat bonam existimationem, tunc peccat mortaliter; quia dubitando, vel suspendendo tollit quantum ad se bonam existimationem, quam antea habebat de alio. Si autem nullam bonam existimationem habebat, tunc non peccat dubitando, vel suspendendo iudicium, quando liberum est Titio bonam existimationem habere de alio. Sed melius dicendum est impliciter in hoc non esse peccatum; quia si tunc liberum mihi est bonam existimationem de te habere, quando nihil boni de te cognosco, sic etiam liberum est mihi eam deponere, nec ubi iniuriam facio, eo quod eam de te semel habitam deponam; quia deponendo, aut suspendendo, nihil, quod tuum sit, aufero, nec malum de te iudico, sed tantum abjecio meam bonam existimationem, quam libere de te conceperam.

#### De peccatis, que in publicis iudicijis contingunt.

#### CAPUT XII.

**T**RACTATUM est nobis hoc loco de peccatis, quae contra octauum Preceptum committuntur in publicis iudicijis, tam ex parte Iudicis, quim ex parte accusatoris, vel actoris, sive ex parte rei, sive ex parte testis, aut aliarum personarum, que solent in publicis iudicijis intervenire. Item, quia in nullo alio loco commodius tractare possumus de peccatis in viae sum, iudicium, accusatorium, & testium: agemus hic de toto ordine iuris, qui seruari debet in publicis iudicijis, & consequenter in viae sum de omnibus peccatis, in qua incidere solent supradicti homines in publicis iudicijis. Ergo, ut recte ordinem procedamus, quazdam communia in genere sunt primitenda.

De Iudicio agit Sanctus Thomas. 2. 2. quæst. 67. & sequentibus. Sotus. lib. 5. de Iustitia, quæst. 4. & sequentibus. Halen part. 3. quæst. 40. Gabriel, in 4. distin. 15. quæst. 6. Iul. Clarus, lib. 1. Receptarum sententiarum in practica criminali per multas questiones. Summis, Angelus, Silvestris, Rosella, Tabiena, Amilia, in verbo Index, Inquisitio, Denunciatio, Accusatio.

Primum est notandum, in iudicio publico aliquas personas; quasi substantiales interuenient, iudicium enim non constat, sine iudice, actore, & reo: alii vero personæ interuenient, licet non substantiales, ordinarie tamen, ut testis; alii vero interuenient contingentes, & ordinarie, vixputa assessor, adiutorius, procurator, tabellio sive notarius, executor, sive minister iustitiae: & de his omnibus est singularium agendum.

Secundo notandum est, iudicem esse multiplicem; alius enim est ordinarius, qui ex dignitate, vel officio suo haber iudicacionem. Vnde quicumque habet digni-

tatem, vel officium, cui ex iure, vel consuetudine, vel præsensione conuenit iurisdictio, dicitur ordinarius iudex. Et hie est duplex, alius est secularis, alius Ecclesiasticus. Seculares iudices constituantur, vel ab Imperatore, vel à Rege, vel à Principe, Duce, Marchione, vel Comite, vel à Republica, etiam superiori in temporalibus non agnoscendis. Item ex priuilegio, ab aliquo Collegio, Vniuersitate, vel communitate hominum, in unum commune officium incumbentium. Ecclesiastici iudices ordinarij constituantur, vel à Papa, vel ab Episcopis, auctalijs, Episcopalem iurisdictionem habentibus: Aut eliguntur à Collegijs, Conuentibus, Ecclesijs, sive Capitulis. Alius est iudex delegatus, sive Commissarius, qui ex commissione aliquo superiori iudicis iurisdictionem habet, & eam potest habere, vel generaliter sibi commissam ad omnes causas, lites, sine negotiis; aut specialiter, solum ad certam causam, & item cognoscendam, & dictimandam. Item est alijs iudex, qui dicitur arbitrius, & hic est etiam duplex, unus, qui dicitur arbiter, nimisrum is, qui ex consensu litigantium in iudicem eligitur ad patendum sententia ipsius, sub pena obligatione, & hic dicitur etiam compromissarius. Et sententiam ferre debet seruato iuri ordine, atque sententia eius latestate litigantes tenentur.

Alius dicitur Arbitrator, nimisrum is, qui ex litigium consensu eligitur, & item, ut causam dictim ad amicabilitatem. Et iste non tenetur ferre sententiam, seruato iuri ordine, sed pro arbitrio, seruata aequitate iuris naturalis.

Quarto est notandum, in iudicio alias causas dici criminales, alias ciuiles. Criminales dicuntur, quando in iudicio proceditur, ut quis puniatur pena statuta à legibus, sive corporali, sive pecunia, ad scismum applicanda. Ciuitates dicuntur, quoties in iudicio proceditur, ut quis puniatur pena pecunia, sed applicanda paralize, vel offensie ad resarcendum damnum eius, vel iniuriam acceptam.

Quinto est notandum, in iudicio aliqua dici crimina publica, aliqua priuata, publica dicuntur dupliciter.

Primum quæcumque directo, & primario offendit communum bonum Repub. qualia sunt: crimen laeti maiestatis, heres, simonia, blasphemia, proditio Reipub. latrocinium, & alia huiusmodi. Priuata vero dicuntur, quæcumque ledunt directo, & primario bonum priuati hominis, licet consequenter, & secundario ledunt etiam communem bonum, qualia sunt, homicidium, adulterium, florum, furum.

Secundum modo dicuntur crimina publica ea, quorum accusatio, vel denuntiatio pertinet ad quilibet populum priuatum, etiam illorum: & haec ratione hoc notandum, adiutarium dicuntur crimina publica & cetera, quae directo, & primario committuntur contra commune bonum: priuata vero dicuntur, quorum accusatio, vel denuntiatio non pertinet ad quilibet populum, sed tantum ad eum, qui iesus est, ut est furium, damnum, contumelia, iniuria aiborum partum cæsarum, bonorum raptorum.

Septimo est notandum, iudicem posse procedere tripli- citate, vel per accusationem, vel per denuntiationem, vel per inquisitionem: de quibus modis dicemus infra.

Sexto est notandum, in indice tria requiri ad recte iudicandum.

Primum, ut sit iudex competens, hoc est, qui iurisdictionem habeat ad ferendam sententiam.

Secondo, ut habeat scientiam competentem: alioquin in multis peccabit ex impunitia, & ignorantia.

Tertio, ut habeat bonitatem, id est, eas conditiones, & qualitates, quæ secundum leges requirantur in iudice, minorum, ne sint infames, lupeci, quales sunt hostes acti, vel rei, item cogitati, vel amici corundem: de quibus etiam tribus inferior paucia dicemus.

Quo-